



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Lex VIII. ab Apostolo promulgata. Ephes. 5. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Lex VIII. ab Apostolo promulgata.

Ephes. 5. 18.

**N**olite inebriari vino, in quo est luxuria. Cum angelica castitas Sacerdotem unicè deceat; & luxuria eum vel maximè deturpet: omnem in primis occasionem vitare necesse est: ex ebrietate enim accenditur libido, ut oleo affuso flamma. Unde fuge ebrietatem ut pestem, nec alium ad ebrietatem induc: licet enim honestas exigat, subinde hospitium aut conviviam suaviter invitare ut comedat, bibatve ad ostendendam benevolentiam: illi tamen libertas omnis relinquenda est, nec unquam ad haustus aequales, sanitatesq; epotandas provocandus, multò minus cogendus. Pessimus hic abusus sanitati nocet, temperantiam violat, Deo displicet: & sanè si de omni verbo otioso rationem exiget Deus, quantò magis de vitio otioso, superfluo, imò noxio? quid pluris est, verbum an vitium?

Lex IX. à Salomone edicta

Proverb. 23. ̄. 2.

**S**tatue cultrum in guttere tuo. I. Cultrum mortificationis, ut nec in quantitate